



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

De Clericis Non Residentibus in ecclesia vel præbenda. Titvlvs IV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

inter ipsum & uxorem suam posset scandalum generari, cum de confuetudine terra tuz clericu uxorati non cogantur inviti portare tonsuram. Quoniam igitur idem etiam tonsuratus non potest privilegio clericali gaude-re: mandamus, quatenus ipsum super tonsuratione hujusmodi non molestes, dummodo nullum percipiat beneficium ecclesiasticum, cuius ratione teneatur clericalem deferre tonsuram: quia cum eum oporteat secularibus negotiis immisceri, tonsura ipsius secularia ex-ercentis videberetur profecto in ministerio nostri virtu-pe-tuum redundare.

## CAP. VIII.

*Uxorati non admittuntur ad ecclesiasticas dignitates, & cogun-tur dimittere, quas habent.*

Idem.

**C**VM a decoro: & infra. Eos qui sunt publicè uxori-ati, non admittatis de cetero ad ecclesiasticas di-gnitates: dimisiss abeis, quas non possunt sine pravo ex-emplio & gravi scandalu retinere.

## CAP. IX.

*Clerici conjugati, in rebus suis non gaudent privilegio clericali.*  
Honor. III. Et quondam Regina Anglorum.

**E**X parte tua fuit propositum, quod nonnulli literati terra tua (habitu & tonsura clericali & relictis) pu-blicè ducunt & uxores: [ 1 & infra.] Ut tamen con-suetus institutus & debitis obsequiis te defraudent, tonsuram & resumunt abhonestam: [ 2 & infra.] Quidam etiam accepta prima tonsura similiter contrahunt: & eandem tonsuram deferunt, ut eodem & praetextu ex-eufari valeant a prædictis: [ 3 & infra.] Cum igitur reddenda sint, quae sunt Casafati, Casati, & quae sunt Dei, Deo: & equanimiter duximus tolerandum, si à talibus justitias debitas velut ab aliis uxoratis exigas & servitia consueta.

[ 1 De his que hujus mundi sunt solliciti, & quomodo placeant uxoribus existentes: qui licet negotiacionibus & aliis negotiis secularibus insificant.]

[ 2 Quatenus ipsius praetextus ab hujusmodi ut clericu excusen-tur, quanquam non militent Domino, sed potius mundo, ut esteri uxorati.]

[ 3 Et ven. f. n. Episc. & dil. si. Decanus & Archidia. & capitulo Conomanense ipsos tanquam clericos in subtractione ser-vitorum tuorum favore nituntur, in iusme prejudicium & gra-vamen.]

## CAP. X.

*Sic clericus in minoribus militet, non est cogendus deferre tonsu-ram vel habitum clericalem.*

Idem g.

**V**T consultatione tuz breviter satishat, responde-mus, quod R. miliestatu dicæcisis, qui olim cum in mi-noriæ et constitutis atate, tonsuram tantum & corona-nam clericalem assumpit, non est cogendus deferre ha-bitum clericalem.

## DE CLERICIS NON IN RESIDEN-TIBUS IN ECCLESIA VEL PRÆBENDA.

## TITULUS IV.

## CAP. I.

*Episcopo non licet sine licentia Papa transire ad alium Episcopatum, ipsam acceptando, alius privatur habitu & ambito. hoc inten-dit cum glossa.*

*Ex concilio Sardicensi k.*

a Ca. 4. de vit. & hon. cler. m. 3. comp. b dimissi. c duxerunt. d reassumunt. e ex praetext. Matib. 22. Mare. 12. Luc. 23. f. al. ut à sal. sed in antiquis ita legitur ut est impressum. g ep. Lingonensi. h Vid. notis nostris in hanc decr. i Vid. conc. Trid. feb. 6. de reform. c. 1. & 2. & fel. 23. de reform. c. 1. k Cone. Sar-dic. c. 1. Bursch. 1. dec. 6. 79. lvo p. s. c. 185.

**N**ON licet Episcopo de civitate sua transire ad aliam.

Manifesta est enim causa, pro quo facere hoc attentat. Cùm nullus sit inventus Episcopus, qui ad minorem de majori civitate transiret.

## CAP. II.

*Deponitur Cardinali, qui in suo titulo non residet. h. d. Et est iste texius multum notabilis.*

## Leo IV. a.

**E**x gestis b: [ 1 & infra.] In qua synodo Anastasius Presbyter Cardin. titu. beati Marcelli ab omnibus canonice est depositus. Eo quod parœciam suam per annos quinque, contra canonum infinita deseruit, & in aliena ulque hoide demoratur.

[ 1 Re. Pontificum consilio Lotharii & Ludovici Imperatorum Sanctam & Ven. LXVII. Episcoporum in ecclesia bea, Petri-ndum congregavat.]

## CAP. III.

*Uni plures dignitates vel ecclesia conferri non debent, & ulti-est conferendi illi, qui residere & regere valeat per seipsum: alii perdi ecclesiam, & donans conferendi potestate privatur.*

*Ex concilio Lateranen. c.*

**Q**VIA nonnulli à modum avaritiae non ponentes, di-gnitates diversas ecclesiasticas & plures ecclesias parœciales, contra facrorum canonum instituta nituntur accipere, ut cùm unum officium vix implere sufficiant, stipendia sibi vindicent plurimorum: ne id de cetero fiat e, districti inhibemus. Cum igitur ecclesie vel ecclesiasticorum ministerium s committi debuerit, talis ad hoc persona queratur, qua residere in loco, & curam eius per seipsum valeat exercere. Quod si aliter actum fuerit, & qui receperit, quod contra facros canones & accepit, amittat: & qui dederit, largiendi potestate privetur.

## CAP. IV.

*Præsentatus ad ecclesiam non confirmatus, si apparuit, quod nitit residere, non debet instituti per superiorum: confirmatus autem ex non justa causa non residens, privatur appellatione remota.*

Alexander III. Eboraen. Archipe-

scope.

**R**ELATUM h est nobis, quod cùm in Lateran. conti-nuatum fit, ut personata ecclesia vel beneficium ecclesiasticum conferatur, que residere in loco, & curam eius per se valeat exercere, nonnulli ad ecclesias praefati te posse adfirmant, sed efficeri contradicunt. [ 1 & infra.] Cum [igitur] verba accipienda sint non effectu, tales si præfati fuerint, non debent admitti, & admissi poterunt amoveri: nisi forte de licentia suorum prælatorum, vel studio literarum, vel pro aliis ho-nestis causis contigerit eos abesse: nec patrocinari debet eis appellationis diffugium, si contra hujusmodi intentionem decreti fuerit interjectum.

[ 1 Ideo nos consideremus, an propter hoc possum iales praefati repellere, vel institutos adpe. sub. removere. Tua igitur provi-dentia innoteat quod.]

## CAP. V.

Breve est, nec potest brevius summi.

*Idem Eboraen. Archepiscopo.*

**F**ATERNITATI K TUX: [ 1 & infra.] Præterea clericum alterius dicæcisis ab ille commendatit literis sui Episcopi non debes recipere, nisi pro eo receperis ab A-post. sed. 1 mandatum.

a al. tertius. b Ca. 1. eod. tit. in 1. compil. c Conc. La-teran. sub Alexan. 3. c. 13. nam cùm alius non dicunt, intelligendum de Lateran. sub Alex. 3. d Ca. 3. eod. tit. in 1. comp. e al. ira: ne id de cetero non fiat. f officium. g recipiunt. h Ca. 4. eod. tit. in 1. comp. & post cone. Lat. sub Alex. 3. p. 5. c. 1. i Vid. l. si qua pars, cum concord. ff. de verb. signfi. k Ca. 1. eod. tit. in 1. comp. l. Apst. sedis.

[ 1 Dux]

[1] Duximus indulgendum, ut se clerici, qui in ecclesia sua iurisdictio beneficium sicut adspicit, qui ad altam diaconin aliquid bident & affixu tuo morandi causa transfuerunt, taceat eos tibi beneficium quo habent a te, expolare, nisi forte scholasticus disciplina invigilaverint, aut rationabilem tibi causam ostenderint, quare reverti non debant.]

## C A P . VI.

*Qui non residet in beneficio etiam medica affirmationis, illo privatur.*

*Idem Lingonensis Episcopo.*

Conquerente a nobis R. Presbytero accepimus, quod G. clericus ab eo pro ecclesia sua, de qua viventia ecclesia vix potest percipere, annuatim viginti solidos extorquere conatur, adferens beneficium istud in eadem ecclesia sibi suffis collatum: [1 & infra.] Frat. mandamus, quatenus si tibi constiterit, quod dictus G. habeat ecclesiastica beneficia sibi sufficientia, vel quod eidem ecclesie non deserter, sibi super praescripto beneficio silentium (sublatu b impedimento appellationis) imponas.

[1] Quamquam eidem ecclesia sicut accepimus non deferviat, & alias ecclesiastica beneficia sufficientia habeat & possidat ab ecclesia. Quamquam igitur indeceni est & non confitentane ratione, ut idem B. cum alia ecclesiastica beneficia sibi sufficientia habeat, & possidat, ab ecclesia cui non defervit, beneficia querat.]

## C A P . VII.

*Qui est in servitu Episcopi, percepit fructus beneficii tanquam residui, prout distributiones quotidiana, Abbatis.*

*Idem.*

Ex exterio c: & infra. Statuimus ne canonice, do nec in servitu tuo fuerint, quicquam subtrahit debet vel auferit, quod de communitate sibi beneficio debetur. Nisi forte sunt vietualia, que non confueverunt absentibus exhiberi.

## C A P . VIII.

*Trivandus est prelates vel clericus non resident, qui citatus non revertitur in termino proposito, nisi habeat justum impedimentum, h.d. cum diabolus sequentibus.*

*Celestinus d III.*

Ex parte vestra & nostro fuit Apostolatu reseratum, quod ecclesia vestra Decanus, qui in partibus Gallianis sibi potius habitationem elegit, jam per decem annorum spaciū ecclesia vestra ipsius praeficiam habere nequivit. Quia ergo nolumus, ut eadem ecclesia Decani officio defrauderit, mandamus, quatenus scribas eidem, quod suum ibidem officium, ut Decanus debet exercere. Quod si vocatus venire noluerit, eligendum, qui praetile ecclesia vestra valeat & prodest, robis extunc concedimus libertam facultatem.

## C A P . IX.

*Summatum est in capitulo precedenti.*

*Innocentius III. cap. Ragusino.*

Quaerenter Archiepiscopus g. veteri temeritate propterea recessit ab ecclesia Ragusensi, nec iam ultra quadriennium expectatus redierit, per literas etiam vessillas revocatus: [1 & infra.] Diliceret. v. mandamus, quatenus (nisi forsan jam redierit) vos post mensem a receptione praeficiam, perficiam vobis idoneam in Archiepiscopum eligant.

[1] Vestra universitas plene novit, cum sapient apud nos deficerit super hoc querelam, & vobis concedi postulaturum licentiam eligendi. Nos autem expellantes dimitus duximus

a Cap. 2. ed. tit. in 2. compil. b Alias obseculo. c Ca. 4. m. de prab. in 1. compil. d alias, Clemens. e Ca. 8. ed. tit. in 2. compil. vid. Felin. in 2. de refer. f per decem annos. g Ca. 1. ed. tit. in 1. compil.

expellendum, si forte revertetur ad cor, & ad ecclesiam suam quam taliter reliquerat remeare. Nolentes igitur quod dimitus ecclesia ipsa pastorali maneat consolatione defitita.]

## C A P . X.

*Summa ut in capitulo, ex part. sup. codem.*

*Idem (Constantinop. Patriarcha.)*

Inter quatuor a animalia: [1 & infra.] De clericis, qui in ecclesiis, vel praebendas sibi concessas, sine iusta & necessaria causa deferunt, tuo praeferit non accidente consensu, hoc tibi duximus respondendum, quod postquam congruo tempore fuerint expectati, nisi redierint ad illas, possumus eis iuste privati, dummodo non sint iusto impedimento detentu.

## C A P . XI.

*Si nefatur ubi sit clericus, tribus publicis editiis citabitur in ecclesia sua: & si intra sex menses non revertitur, privabitur ecclesia sua. h.d. usq; ad vers. contra eos.*

*Idem Archiepiscopo Panormitano b.*

Ex tuz e devotionis d. & infra. In ecclesiis eorum, qui se fraudulenter absentant, nec ad ipsos valet citatione pervertere, tripla citationis editum facias publicari: & si nec sic curaverint obedire, & ultra sex menses suas defuerint ecclesiis, juxta e sanctiones canonicas, eis debent merito spoliari.

*Iste vers. non summatur proper varietatem lectionarum, & quia secundum unum intellectum non facit ad rubricam.*

Contra eos etiam procedatur, ut ipsos per suspensio- nis & excommunicationis sententiam ad tuam obedientiam venire compellas. Quod si nec sic eorum malitia poterit emoliri, eos B. t. sancte Susanna Presbyter. Card. Apost. fed. leg. à spiritualium administratione removeat, & quibus praeferunt ecclesiis, de personis donec faciat provideri, sed in eos degradationis sententiam non promulget, ut cum eis misericorditer (si expediat) facilius agi possit.

## C A P . XII.

*Trivagatus ut absens in studio fructus praebenda recipiat. Existens in villa vel castello, sibi nullum est, vel minus competens studium, privilegio non utitur.*

*Idem Altissodorense g. Episcopo.*

TVA fraternitatis dicerio h postulavit. & infra. Quasi vivisti præterea, ut quam interdum canonici, quibus studiorum gratia est indultum, ut in absentia suis fructus percipiunt præbendarum suarum, accepta licentia se ad villas transferunt vel castella, in quibus nullum est vel minus competens exercitum studiorum: utrum præbendarum suarum fructus sint talibus conferendi? Ad i: quod breviter. Spondemus, eis qui hujusmodi fraudem committunt (cum fraus & dolus nemini debet & patrocinium impartiri) præfata indulgentiam competere non debere.

## C A P . XIII.

*Qui juravit in ecclesia residere, pro servitio ecclesia licet se absenat.*

*Honorius III. proposilio de Valerii..*

Ex parte l' tua fuit propositum, quod tempore quo receperisti præposituram de Valerii, præstisti de facienda residentia juramentum: [1 & infra.] Postulauit. t. r. quod si te non absentando in fraudem, præposi-

a Sup. de major. & obediens. inter quartu. & cap. 2. ed. tit. in tertia compil. b Alias, Parrac. c Cap. 3. ed. tit. in 3. compilat. d dilectionis. e Hac verba, iuxta s. canon. defens in omnibus manuscriptu. f Alias, iforum, alias ilorum. g Alfidias. h Cap. 4. ed. titul. in 3. compilation. i Alias, taliter res, quod ea, &c. k alias, debent. al. debent. l De materiajuramenta hue spectante, vid. las. in l. si pecuniam. f. de cond. ob causam.

M m m 5

turæ tuz jura fideliter præsequeris, cùm ex hoc censeris  
debeas residens, perjurium non incurris.

[ 1 Tristis in super juramento promittent, quod homines &  
jura ipsius præpositura manuteneas & defendas. Cum autem pro-  
sequendo jura præpositura residere interdum in ecclesia memorata  
non possem, de juramento super ipsa residentia præfatio metuens, pro-  
videt tibi super hoc à nobis humiliter postulasti. Nos vero.]

## CAP. XIV.

Familiaris Papa (non obstante constituzione contraria) præbenda  
sua fructus percipit in absentea.

Idem Capitulo Metens. a

Cum dilectus filius Magister Otto: [ 1 & infra.]  
Mandamus quatenus non obstante constituzione,  
quæ contra abentes canonicos inter vos dicitur manu-  
facta, fructus præbenda sit assignetis eidem, in nostro ser-  
vicio commoranti: Cum familiares nostri b, qui circa nos  
se obsequiales exhibent univeris c, minori non debe-  
ant prærogativa gaudere, quam vestrum singuli, quorum  
negotia per lepios sapientia promoventur.

[ 1 Canonicus eccl., vestris, scriptor noster, grata nobis jugiter  
impedit obsequia, & non minus si sit absens, quam presens, eidem  
ecclesia utili habeatur, universitatem vestram regandam duximus  
& monendam per Apost. sedem votu.]

## CAP. XV.

Duo canonici absentes cum Episcopo, seu in ejus servitio, fructus  
præbendarum suarum percipiunt in absentea, constituzione ecclesie  
contraria non obstante.

Idem Melden. Episcopa.

Audientiam nostram pervenit, quod cùm in Mel-  
den. ecclesia quadam sit constitutio vallata juramen-  
to, & auctoritate sed. Apostol. confirmata, ut canonici,  
qui non resident in eadem, suarum præveniunt fructibus  
præbendarum, illis exceptis, quos infirmitas excusaret,  
seu in Apostolice sedis servitio continget detineri:  
[ 1 & infra.] Decernimus, ut duo ex canonici ecclie  
memorante, in tuo servitio existentes, suarum fructus in-  
tegre percipient præbendarum: cùm absentes dici non  
debeat, sed praesentes, qui tecum pro tuo & ipsius ecclie  
sua servitio commorantur.

[ 1 Quæ peregrinations labor, aut studia trahent literarum.  
Decamus & quadam canonico memorante, occasione confirma-  
tionis hujus, canonicos in tuo servitio commorantes præbendarum  
suarum præviare fructibus motulantur. Vnde cùm tibi plurimum  
expedit aliquos canonicos ipsorum in tuo servitio retinere, nobis  
humiliter supplicasti, ut super hoc necessitatibus tua consulere dignare-  
nour. Volentes igitur sic constitutionem moderari supradictam, ut di-  
cta ecclesia fructum sentiat ex eadem, & tu per, ne abusum differen-  
tiam non incurras: præsentium auditoriato.]

## CAP. XVI.

Si ecclesia patitur ministrorum defectum, privilegiati super ab-  
senzia per subtraditionem præuentum redire coguntur. hoc dicit. Et  
est bonus textus, & potest multum practicari.

Gregorius IX. Patriarcha Antiochiae. Apost. sed.  
legato.

Cum ad hoc sint ecclæstica beneficia deputata: &  
infra. Sanè nobis innuit, quod ecclesia d' Antiochena multis ex servitoribus ejus abentibus est fe-  
rè destituta ministris. Vnde mandamus, quatenus non  
obstantibus Apostolicis indulgentiis e, & prædecel-  
lorum tuorum licentia, absentes canonicos & affitos

a Meden, alias Misen. b Vid. Ludon. Gomez, in reg.  
de imp. bene. vac. per obit. familiaris Cardinalum. question. 13.  
c Vid. leg. sed & reprobari. s. penultima. per Bald. ff. de excusat.  
tutor. d Annotatio. e Vid. leg. s. per Bald. ff. ne quid in  
loco publico.

revoces ad residendum in ecclesia supradicta: & si non  
venerint, tu de ipsorum beneficiis, dum abentes fie-  
rint, ipsi ecclesia facias congrue a deserviri, in utili-  
tem ejusdem, quod ex præfatis beneficiis supertinet,  
convertendo.

## CAP. XVII.

Trivatur beneficio clericis non residens, si monitus non redat,  
ne justam excusationem alleget. b. d. & c. casus notabilis.

Idem.

Clericos in ecclesiis tuis jurisdictionis beneficia, quæ  
residentiam exigunt, adfecitos, si ad alterius diocesi  
abfusque licentia tua morandi causa transierint, licet  
tibi, si moniti non redierint, dictis beneficiis (nisi exca-  
sationem rationalem ostenderint) solariate.

DE PRAEBENDIS ET DI-  
GNITATIBUS.

## TITULUS V.

## CAP. I.

In bonis ecclesiis non succeditur iure consanguinitatis.

Ex concilio Pictavien. b

V T nullus e de clero sive populo ecclesiastico  
bona a jure consanguinitatis sibi requirab-  
benda.

## CAP. II.

Non licet Episcopo aliquem ordinare sine titulo.

In corpore canonum.

N On licet a ulli Episcopo ordinare clericos, & ei  
nullas alimonias præfate: sed duorum alterum e-  
ligat, vel non faciat clericos, vel si fecerit, detillis unde  
vivere possint.

## CAP. III.

Bona ecclesiastarum communia sunt, nec debet quisquam rogarum  
propria vindicare.

Gregorius Anthemius Subdiaconus.

R Atio nulla f permittit, ut quod pro communi uti-  
litate datum esse cognoscitur, propriis cuiusquam  
usibus a plicetur.

## CAP. IV.

Qui ordinavit aliquem ad sacros ordines sine titulo, non habet  
tem de suo inde vivat, præsidere tenetur ei de suo, donec aliquem  
titulum fuerit consecutas.

Alexander III. in concil. Lateran. g

E Piscopus si aliquem h sine certo titulo, de quo  
cessaria vita percipiat, in Diaconum vel Presbyterum  
ordinaverit: tandem ei necessaria submittet, donec in  
aliqua ecclesia ei convenienter: stipendia militie clericis  
adfigeat. Nisi talis ordinatus de sua i hereditate  
subsidiaria vita posset habere.

## CAP. V.

Non debent Episcops permittere quem plures ecclesiæ obti-  
nere.

Idem mendem k.

Q Via l in tantum quorundam processit ambitio,  
aut non duas vel tres, sed plures ecclesiæ perhibe-  
antur habere, cùm nec duabus possim debitat provi-  
sionem impendere. Per fratres & Coepiscopos nostros  
hoc m emendari præcipimus, & de multitudine præ-  
bendarum n canonibus inimica, qua dissolutio ma-  
teriam & evagationis inducit, certumque continent peri-

a Deservire. b Hoc consilium nondum repertum plu-  
que alio. c Ca. eod. cit. in r. compil. d beneficia. e Ca. eod. tit. in r. compil. f Ca. eod. tit. in r. compil. g Lib. iii.  
epit. 29; ffe 31. Ind. G. regist. h Ca. eod. tit. in r. compil. i al-  
de sua paterna hereditate, quod non prob. k Ca. eod. l Ca. eod.  
tit. in r. compil. m hoc. n Vox, præbendarum, non i  
in antiquis, nec in consilia. culum